Universitätsbibliothek Paderborn

Encomivm Almæ Hospitalitatis Dedicatvm, S. P. Q. C.

[Köln], 1570

VD16 E 1170

M. Iohan. Pollet Insvlensis. Ad Hospites in Encomium Auctoris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-31500

Visual Library

tem, illibate, religioſeq; colentes debitum honorem non perdant. Poſtremo gratitudinis ergo. Vt ſit ſcilicet hæc opella, a V. H. recepti Hoſpitalitatis beneficij non ingrata commemoratio. Quibus iterum bene Valete, S. P. Q. C.

Humanitatum veſtrarum

obſequentiſsimus A. A.

Ciuis Socraticus.

M. IOHAN. POLLET INSVLENSIS.

Ad Hoſpites in Encomium Auctoris.

Quas nũc Aduenæ et Hoſpites, agetis
Grates VVeruenio, fauore quali
Ipſum, dicite, proſequemini? aut qua
Tanti laude uiri benignitatem
Extolletis opus cedroq́; dignum?
Quo uultu excipiendũ id æſtimatis?
Nõ tantum hoc celebrem facit libello
Commẽdatq́; piam Hoſpitalitatẽ, aſt
Hortatur quoq; quoslibet profanis
Exemplisq́; ſacris ſolerte cura
Amplecti officium Hoſpitalitatis.
Ergo pro meritis ſui laboris
Propenſoq́; animo quid offeretis?
Acceptum omne quidem remunerari
Debet obſequium, tacetis? aures
Sermoni euge meo adplicate, dicam,
Deuoti unanimes Deum precemur,
Vt uita incolumi diu ſuperſtes
Cæleſtiq́; anima Hoſpitalitate
Eius poſt cineres fruatur: Illi
Qui contemnit opes, Deoq́; adhærẽs
Intente inuigilat ſuæ ſaluti.
Nulla his, credite, talibusq́; uotis
Eſt penſatio gratior futura.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN